



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputatio De Statv In Qvo Sint Beatorvm Animae Post
Hanc uitam, ante ultimi iudicij diem**

Dévay Biró, Mátyás

[Nürnberg], [1537]

VD16 D 1300

Censvra.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34195

Ambrosius : Non habent hæreditatem Petri , qui fidem Petri non habent.

Collecta : Quorum festa colimus, passionis quoque eorum uirtutem imitemur.

Chrysostomus : Matth. 23. Cultores prophetarum sunt, qui opera eorum imitantur, fidemque sequuntur. Lege pulchra apud Augustinum de Martyrum memoria cap. ult. libri 8. de ciuitate Dei. Ridiculum est quod de sanctis mortuis loquentes, de uiuis Frater testificatur : Dauid, inquit, adorauit Nathan, Ioannes angelum, Et tamen Angelus deprecatur hunc honorem. Et Philastrius de hæresibus: Neque uero angelos adorari præcepit alicubi dominus, neque mundi elementa, nec creaturam aliquam, nec idola. Sed Frater quiduis, etiam falsum, in suum patrocinium conueheret, si possit. Recte Ireneus, Hæreticorum uerba ita coherant, ut arena sine calce. *Augustinus* *philastrius* *Ireneus*

PROPOSITIO XXIII.

DE mortuis sanctis quid sentiendum? Duo. Scilicet quod habent Naturam et gratiam. Natura omnes fuerunt peccatores, sed credentes Christo seruati sunt, eorum exemplo credamus & nos, & seruabimur.

CENSURA.

Si intelligit sanctos solum credentes Deo esse saluatos, Scontradicit sibi ipsi & ueritati. Propositione 16. docuit : Credere Deo, non esse sufficiens ad salutem, præterea nec omnes sancti mortui sola Christi fiducia saluati sunt, sed sicut Paulus docet 2. Corinth. 6, Ecce nunc tempus acceptabile, 2. Cor. 6.

n 2

Condem.